# DIOCESAN CENSURES *LATAE SENTENTIAE* AND RESERVED SINS IN THE UNITED STATES

## INTRODUCTION

THE present study aims to present for the use of canonists, diocesan officials, seminary professors, and the clergy in general a complete and accurate picture of the reserved sins and the censures *latae sententiae* enacted by the local Ordinaries of the United States. While much has been written from the theoretical viewpoint on the powers granted to these Ordinaries by canons 893 and 2220, no work has yet appeared to set forth the concrete use of these powers by local Ordinaries in the United States.

The limitations of the work should be noted. It is intended as a compilation, and hence does not attempt to interpret. It includes only sins reserved *ratione sui* and all censures *latae sententiae*, thus excluding any censures *ferendae sententiae* and *poenae vindicativae*. It is concerned only with the enactments of local Ordinaries, and not with those of non-local Ordinaries such as major superiors of exempt clerical institutes. The greater part of the work deals with such enactments of diocesan law; those enacted by provincial and plenary councils are given in an Appendix.

References are given after each enactment to the first seven Provincial Councils of Baltimore (*CPrB*), since these were adopted for the whole of the United States by the First Plenary Council, and also to the three Plenary Councils of Baltimore (*CPB*). The purpose of such references is to show the great dependence of the diocesan and provincial legislation on the Councils of Baltimore. References to the Code have not been given, since dependence on the Code can be taken for granted in the more recent synods and statutes.

A preliminary copy of the compilation was sent to all of the American Chanceries in February of 1947, and the Chancellors were asked whether or not the study represented completely and accurately the reserved sins and censures *latae sententiae* of their jurisdictions. Between February and June replies were received from 121 Chanceries, and their corrections have been inserted into the compilation. The two dioceses from which such confirmation was not received have been noted in the body of the work with an asterisk.

Since the scope of the present work is to compile rather than to interpret, reservations *ratione sui* attached by the local Ordinaries to sins already punished with a reserved censure by either the Code or the Third Plenary Council of Baltimore have been recorded without comment.

One exception has been made, however, to the policy of recording diocesan material as found in diocesan sources without comment. In some of the dioceses which reserve the sin of sending children to a non-Catholic school without the permission of the local Ordinary, it is expressly stated that the sin is no longer to be considered reserved once the penitent withdraws the child from the non-Catholic school or seriously promises either to withdraw the child or to obtain the requisite permission. The sin, therefore, seems to be reserved only so long as the penitent is indisposed for absolution, and once he is disposed the reservation ceases. This was judged, therefore, to be a statement of the proper dispositions for absolution rather than a true reservation and hence was omitted. Wherever the Chanceries noted the omission, it has been included in the compilation with a note to point out the difficulty.

A chart listing the reserved sins and the censures by dioceses, as well as a complete analytical index have been added to the compilation.

The compilation was made at Woodstock College, Woodstock, Maryland, by R. J. Anable, S.J., J. G. Furniss, S.J., W. F. Pichla, S.J., F. P. Rothlauf, S.J., and J. M. Snee, S.J.*

* Reprints (with complete analytical index included) available at $.50, single copy; 10 copies, $4.00; 50 copies, $15.00. Address: Joseph M. Snee, S. J. Woodstock College, Woodstock, Maryland.

PROVINCE OF BALTIMORE

*Baltimore and Washington.*—(1) Suspensio a divinis non reservata. Any priest having a domicile or quasi-domicile in the Archdiocese of Baltimore or Washington who attends horse races at public tracks within the limits of this ecclesiastical jurisdiction incurs *ipso facto* suspension *a divinis non reservata.* The penalty does not apply to attendance at horse races at county fairs. *Letter of the Ordinary,* March 28, 1947; cf. *CPB* III, n. 79.

*Charleston.*—(2) Suspensio generalis non reservata. Sacerdotes missionarii qui secundam Missam teneantur celebrandi die Dominica et diebus Festis de praecepto, quando Missa secunda longe abest ab ecclesia vel missione primae Missae, possunt aliquid per modum potus sumere, si prius a Nobis, vel Nobis absentibus, a Vicario Generali hanc permissionem obtinuerint. Possunt etiam hi sacerdotes ablutionem primae Missae consumere; attamen si bibunt aliquid aliud alcohol continens, ablutione excepta, cognoscant se ipso facto esse suspensos. (*Dispensatio Cong. S. Officii ad Nos missa,* 9 Aug. 1923.) *Syn.* XVII, n. 76.

3) Suspensio generalis non reservata. Non licet sacerdoti in suo retinere nomine aliqua bona immobilia ecclesiastica, sed omnia assignabit Nobis et Successoribus Nostris (Bishop of Charleston, a corporation sole). Si quis sacerdos sine Nostra licentia retinuerit in suo nomine talia bona ultra duos menses sciat se ipso facto suspensum. *Syn.* XVII, n. 200; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Raleigh.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Richmond.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*St. Augustine.*—(4) Suspensio generalis non reservata. Meminerint Sacerdotes Missionarii quam stricta sit lex Ecclesiae circa residentiam. Equidem nullatenus abesse possunt, juxta rigorem Canonum nisi alium sacerdotem in suo loco substituant; quae conditio cum generaliter impossibilis evadat propter penuriam sacerdotum nunquam abesse possunt missionarii nisi propter gravem necessitatem, v.g., confessionem. Quandocumque tamen valetudinis gratia, vel alia de occasione, vera et valida, justa et rationabilis causa adsit peregrinandi nolumus profecto Nos impedimento esse. Stricte autem mandamus ut antequam ineatur peregrinatio Nobis causa explicata et licentia saltem oralis data fuerit; nec citra suspensionem

ipso facto incurrendam absentia ullatenus protrahi potest ut Dominica aut dies quo fideles missarum solemniis interesse tenentur sine sacerdote transigatur. *Syn.* III, n. 12; cf. *CPrB* V, n. 5; *CPB* II, n. 114.

*Savannah-Atlanta.*—(5) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Suspensionem Ordinario reservatam incurrunt sacerdotes qui bona ecclesiastica suo nomine per tres menses retineant. Haec suspensio est a divinis. *Fac.* IV, n. 2; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

6) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Suspensionem Ordinario reservatam incurrunt sacerdotes qui collectas pro seipsis, per se aut per alium, in ecclesia vel in populo instituant. Haec suspensio est a divinis. *Fac.* IV, n. 2; cf. *CPB* III, n. 273.

*Wheeling.*—(7) Peccatum ratione sui reservatum. The only sin reserved to himself by the Ordinary in this diocese is that in the case of Catholic parents, without due permission, sending their children to the public schools. In the city of Wheeling the permission of the Bishop must be obtained; outside the city of Wheeling that of the pastor. If parents in confession sincerely promise to send their children to the Catholic school immediately, they may be absolved.[1] *Syn.* VII, n. 78; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

8) Suspensio generalis non reservata. Every secular priest laboring in the diocese, whether incardinated or not, is obliged to pay annually ten dollars ($10.00) to the Infirm Priests' Fund. Payment must be made before the last day of January. Should any priest defer payment till after the last day of March, he *ipso facto* incurs suspension (*eo ipso suspensum se noverit*—6th Synod). *Syn.* VII, n. 24; cf. *CPB* II, n. 90; *CPB* III, nn. 70–71.

9) Suspensio generalis non reservata. The following ruling of the Fourth Diocesan Synod is to remain in force: "Duplicem formam ad unumquemque Ecclesiae Rectorem quotannis transmittendam curabit Cancellarius Noster, in qua breviter notandus est status Congregationis pro anno jam elapso. Utramque formam ad Cancellarium Nostrum remittendam ante finem mensis Januarii districte mandamus. Una quidem aedibus Episcopi conservabitur; alteram vero qua notatur pecunia sive recepta sive soluta ab Episcopo subscriptam, ad portam uniuscujusque Ecclesiae Rectori concreditae, una saltem Dominica vel die festivo (vel si agatur de stationibus, in loco patenti) dum sacra

[1] Ex interpretatione dioecesana tamen est peccatum ratione sui reservatum.

peragantur, affigendam jubemus. Si quis vero inter Rectoresh anc annuam relationem usque ad ultimum diem mensis Februarii ad Cancellarium nostrum transmittere neglexerit, eo ipso suspensum se noverit." *Syn.* VII, n. 67; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

10) Suspensio a divinis non reservata. To avoid even the semblance of simony, We forbid under pain of "suspensio a divinis ipso facto incurrenda" anyone hearing confessions in this diocese to receive, whatsoever be the pretext, any offering from the faithful on the occasion of, or in view of sacramental confession (before, during, or after confession), or to permit that the faithful, having previously discharged their debts towards the church, any cards be given them, which cards are to admit them to confession, or to the reception of any sacrament. *Syn.* VII, n. 78; cf. *CPB* II, nn. 221, 289.

*Wilmington.*—(11) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Singulis annis, saltem prima Februarii die, omnes Rectores, tam Regulares ad normam Constit. "Romanos Pontifices," quam saeculares, ad nos mittent notitias de statu et profectu suarum Ecclesiarum juxta schedulam quam prius a nobis receperint. Rationem etiam annuam plenam et perspicuam administrationis, singulis annis, districte sub oculos nobis ponere mandantur scriptam et a duobus Auditoribus obsignatam, in Nostra Cancellaria deponendam. Si quis ultra duos menses praefatas notitias nobis exhibere neglexerit, noverit se ipso facto suspensionem incurrisse. . . . [Haec suspensio Ordinario reservatur.] *Syn.* III, nn. 256, 130; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

12) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Item cum novam aliquam proprietatem ad usum ecclesiae acquirat Rector, curat ut statim conficiatur novae acquisitionis documentum seu titulus scriptus (deed) quo jus proprietatis confertur societati legali. Quapropter Praedecessoris nostri vestigia premens, ad praecludendam, quantum in Nobis est, scandalo viam, declaramus eum qui titulum talem per tres menses apud se retinuerit, ipso facto suspensum esse. Pariter[2] ne quis rector aut quilibet sacerdos pecuniam ecclesiae in mensa nummularia privato suo nomine depositam teneat, aut mensae libellum (bank-book) suae privatae personae inscribi permittat. . . . [Haec

[2] Ex interpretatione dioecesana: sub eadem censura latae sententiae.

suspensio Ordinario reservatur.] *Syn.* III, nn. 259, 130; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

13) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Nos igitur Praedecessoris Nostri Synodalem Constitutionem renovamus qua suspensionis censura infligitur cuilibet sacerdoti qui ultra centum et quinquaginta scutata injussus, nomine ecclesiae, debita contraxerit.... [Haec suspensio Ordinario reservatur.] *Syn.* III, nn. 261, 130; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, n. 192; *CPB* III, n. 279.

14) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Stricte prohibemus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae, quae quidem suspensionis censura Nobis reservata est, ne Rector pecuniam in sui vel ecclesiae usum a fidelibus mutuam in custodiam (deposit) accipiat, cum periculum sit, ne aere alieno obruatur cum ecclesiastici ordinis dedecore. *Syn.* III, n. 268; cf. *CPB* II, n. 159; *CPB* III, n. 279.

*Belmont Abbey.*—(15) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Fac.*, p. 6.

PROVINCE OF BOSTON

*Boston.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Burlington.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Fall River.*—(16) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Matrimonium coram magistratu civili attentatum. *Syn.* I, n. 82.[3]

*Hartford.*—(17) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Insuper, auctoritate propria (can. 335, 2220), statuimus nostros subditos qui ubique locorum coram magistratu civili matrimonium attentent ipso facto incurrere in excommunicationem Nobis reservatam. *Fac.*, p. 8.

*Manchester.*—(18) Suspensio generalis non reservata. Decernimus quemcumque Clericum, qui aliquatenus aedituis aliisve, jus sese ingerendi in Pastoribus designandis, rejiciendis, sibi usurpantibus, vel auctoritatis Episcopalis exercitium pravis molitionibus impedientibus, faverit vel consenserit, suspensionis censura irretiri. *Syn.* I, n. 254; cf. *CPrB* I, nn. 6–7; *CPB* II, nn. 184–185; *CPB* III, n. 285.

*Portland, Maine.*—(19) Suspensio generalis non reservata. Volumus atque mandamus ut quivis rector seu sacerdos ecclesiam admini-

[3] Ex interpretatione dioecesana: lex poenalis ex iure dioecesano.

strans, annuam suae ecclesiae seu missionis rationem Nobis in scripto, populo autem viva voce, reddat ante finem mensis Januarii sequentis. Qui vero hanc rationem nobis ante diem festum Paschae cujuslibet subsequentis anni reddere neglexerit, canonicam poenam suspensionis, ipso facto, incurrit. *Syn.* I, p. 17; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

20) Suspensio generalis non reservata. Ob decorem Domus Domini nos districte vetamus, ne ex altari ulla denuntiatio, sive nominando sive tecte indicando personam quampiam, fiat. Quivis sacerdos, si hanc legem adversus laicos violaverit, poenam suspensionis ferendae sententiae incurret, si adversus clericos, suspensionem ipso facto incurret. *Syn.* II, n. 11; cf. *CPB* II, n. 140; *CPB* III, n. 215.

21) Suspensio generalis non reservata. Nullus presbyter quovis praetextu poterit rem Paroeciae propriam suo nomine accipere: qui id faciat remque trium mensium spatio retineat, suspensionem ipso facto incurret. *Syn.* II, n. 49; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Providence.*—(22) Peccatum ratione sui reservatum. Qui coram magistratu civili Matrimonium contraxerint vel contrahere attentaverint. *Syn.* III, n. 69.[4]

*Springfield, Mass.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

### PROVINCE OF CHICAGO

*Chicago.*—(23) Suspensio generalis non reservata. Nullus hujus Dioecesis Presbyter retinebit nomine ac jure proprio sive ecclesiam, sive domum, sive bona quaevis alia, quae fideles vel ex toto vel ex parte in religionis studium vel ecclesiasticos usus elargiti sunt; sed in ipsum Ordinarium ea transferet .... Quod si quis Sacerdos, absque Nostra permissione, titulum bonorum vere ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit, volumus ut ipso facto poena suspensionis sit innodatus. *Syn.* III, n. 256; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Belleville.*—(24) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Quicunque catholici vel inter se vel cum acatholica parte coram ... judice civili matrimonium contrahere attentent, ipso facto incurrunt excommunicationem Nobis reservatam. *Syn.* V, n. 152.

[4] Ex interpretatione dioecesana: peccatum reservatum ex iure dioecesano.

25) Suspensio generalis non reservata. Omnibus parochis mandamus ut initio cujusque anni relationem fidelem et accuratam de negotiis temporalibus anni elapsi conficiant.... Exemplar hujus relationis fideliter e libro paroeciali descriptum et a parocho et duobus aedituis subscriptum ante diem primum mensis Februarii uniuscujusque anni ad Nos remittatur. Si forte id sine explicita Ordinarii licentia scripto data non observetur, sciat parochus se suspensionem ipso facto incurrere. *Syn.* V, n. 234; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

26) Suspensio generalis non reservata. Nulli sacerdoti licet: a) nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam sive scholas, sive domum presbyteralem sive coemeterium, aut alia bona ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicumque modo subsidia contulerint; b) pecuniam ecclesiae in mensa numularia privato suo nomine depositam tenere; c) librum mensae numulariae (bank book) suae privatae personae inscribi permittere. Si quis sacerdos supradicta statuta non observet sciat se, mense elapso, suspensionem ipso facto incurrere. *Syn.* V, n. 235; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

27) Suspensio ab audiendis confessionibus non reservata. Praeterea, graviter et districte sub divini judicii interminatione atque in virtute sanctae obedientiae, tibi prohibemus, ne poenitentes sub quovis praetextu, qui peccatum seu crimen aliquod confessi fuerint, cujus socium vel socios habuerint, sive in tribunali poenitentiae sive extra illud interrogare audeas aut praesumas de nomine socii seu complicis, de loco habitationis vel aliis quibuscunque circumstantiis ejusdem complicis manifestationem spectantibus, ac eidem, si manifestare renuerit, sacramentalem absolutionem denegare: alioquin noveris te, ultra peccati lethalis incursum, etiam ab hujus sacramenti administratione a Nobis ipso facto suspensum esse. *Syn.* V, n. 291; cf. *CPB* II, n. 281.

*Peoria.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Rockford.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Springfield, Ill.*—28) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Fac.*, App. A, n. 1.

PROVINCE OF CINCINNATI

*Cincinnati.*—(29) Peccatum ratione sui reservatum. Catholicorum, qui inter se, vel 'cum parte acatholica, coram magistratu civili matrimonium attentaverint. *Syn.* IV, can. 75.

30) Peccatum ratione sui reservatum. Coniugum, qui tribunalia civilia, causa a tribunali ecclesiastica non diiudicata, adeant ad divortium seu separationem a toro et mensa obtinendum, quamvis effectus civiles solos intendant. *Syn.* IV, can. 75; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

*Cleveland.*—(31) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra ecclesiam attentatum. *Fac.*, p. 5; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

32) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium civile quaesitum absque praevio Nostro consensu. *Fac.*, p. 5; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

33) Suspensio ab officio non reservata. Si quis ligamine prioris matrimonii vinctus ad secundas nuptias transire velit sub praetextu prius conjugium ob cultus disparitatem vel aliud impedimentum esse nullum, rem ad nostrum judicium deferri volumus, quia causae matrimoniales ad Episcopum pertinent. Sacerdos sive saecularis sive regularis, qui Nobis inconsultis tales novum matrimonium inire permittat, ipso facto ab officio suspensus est. *Syn. VII*, n. 78.

34) Suspensio ab ordinibus et iurisdictione non reservata. Sacerdos saecularis qui sine Nostra licentia relinquat assignatam sibi missionem cum animo non redeundi, ipso facto suspensus est ab omni exercitio ordinis et jurisdictionis. *Syn.* VII, n. 155.

*Columbus.*—(35) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra ecclesiam attentatum. *Fac.*, p. 5; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

36) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium civile quaesitum absque praevio Nostro consensu. *Fac.*, p. 5; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

*Steubenville.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Toledo.*—(37) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Syn.* I, p. 240.

38) Peccatum ratione sui reservatum. Parentes, aliique locum parentum tenentes, qui absque licentia, a nobis, vel saltem a proprio parocho obtinenda, in locis in quibus extant scholae parochiales, pueros vel puellas frequentare sinant scholas acatholicas, neutras aut scholas mixtas (illas nempe quae etiam acatholicis promiscue patent) donec vel (a) obtinuerint necessariam licentiam,[5] vel (b) filios ab hujusmodi scholis retraxerint,[5] aut confessario serio promiserint,[5] se alterutrum ex his (a vel b) quamprimum curaturos esse. *Syn.* I, p. 240; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

*Youngstown*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.*

PROVINCE OF DENVER

*Denver.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Cheyenne.*—(39) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Eandem poenam [excommunicationem Nobis reservatam] ipso facto decrevimus esse iis incurrendam qui matrimonium coram magistratu civili contrahere attentant. *Decree of Ordinary*, July 17, 1940.

40) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Quae de ebrietate fuganda sapienter edixit Synodus Prima (n. 12) serio perpendant Presbyteri Nostri. Sub poena suspensionis ipso facto incurrendae prohibemus, ne quis Sacerdos tabernas (saloons), sumendi potus causa, ingrediatur .... Meminerint ergo Confessarii se non habere facultatem absolvendi ... sacerdotem, qui incurrerit suspensionem "latae sententiae" in Synodo Prima vel Secunda[6] decretam. *Syn.* I, nn. 30, 115; cf. *CPB* II, nn. 161–162; *CPB* III, n. 80.

41) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Absolute et sine exceptione interdicimus ne in festivitatibus parochialibus quibuscumque (fairs, excursions, picnics, lawn socials, and the like), ullus potus inebrians (wines, beer, or liquors of any kind), vendatur aut ullo modo introducatur nec diebus Dominicis aut festivis de obligatione habeantur. Sacerdos autem, qui tales festivitates, in quibus potus supradicti vendantur aut introducantur, ordinaverit, aut earum reditus receperit, sciat se ipso facto suspensionem incurrisse .... Meminerint ergo Confessarii se non habere facultatem absolvendi ... sacerdotem, qui incurrerit suspensionem "latae sententiae" in Synodo Prima vel Se-

[5] Ex interpretatione dioecesana tamen est peccatum ratione sui reservatum.

[6] Synodus Prima (1887) vel Secunda (1902) Dioecesis Omahensis.

cunda decretam. *Syn.* I, nn. 33, 115; cf. *CPB* II, n. 396; *CPB* III, nn. 290–291.

42) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Sub poena suspensionis—ipso facto incurrendae—vetamus ne alicubi extra confessionalia mulierum vel puellarum confessiones excipiantur, iis tantum exceptis quae surdae sunt vel aegrotantes, vel quae accedunt ad confitendum in missionibus, ubi nulla est ecclesia. Cum vero harum confessiones erunt audiendae, pateat cubiculi janua, ut sacerdos ab iis aspici possit, qui in proximo conclavi versantur .... Meminerint ergo Confessarii se non habere facultatem absolvendi ... sacerdotem qui incurrerit suspensionem "latae sententiae" in Synodo Prima vel Secunda decretam. *Syn.* I, nn. 109, 115; cf. *CPrB* I, n. 25; *CPrB* V, n. 9; *CPB* II, nn. 295–296.

43) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Any priest retaining in his own name the title to church property, for more than three months, or who deposits church moneys in his own name, we declare *ipso facto* suspended, and we reserve this suspension to ourselves. *Syn.* I, n. 165; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

44) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Should any priest burden the congregation with his own personal debts, he is *ipso facto* suspended, and the suspension is reserved to the Bishop. *Syn.* I, n. 175; cf. *CPB* III, n. 279.

*Pueblo.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

## PROVINCE OF DETROIT

*Detroit.*—(45) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Poenam excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae qua in iure plectitur catholicus matrimonium coram ministro acatholico attentans (can. 2319, §1, 1°), statuimus incurrendam pariter a catholico qui nuptias civiliter inire praesumpserit. *Syn.* VIII, n. 45.

*Grand Rapids.*—(46) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium a mensa et toro, a conjugibus apud tribunalia civilia petitum, Nobis inconsultis. *Syn.* I, p. 141; cf. *CPB* III, n. 126.

47) Peccatum ratione sui reservatum. Non tibi subditorum frequentatio scholarum publicarum. Hinc non polles facultate absolvendi pueros vel puellas, quorum non es pastor, qui alias quam scholas Catholicas frequentant, aut eorum parentes eorumve vicesgerentes,

dummodo ecclesia vel Missio cui adscribuntur schola Catholica sit instructa. *Syn.* I, p. 141; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

48) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Praeter casus qui sive iure communi sive iure Baltimorensi quocumque modo reservantur, in Nostro territorio Nobis reservatur excommunicatio incurrenda ab iis qui Matrimonium coram magistratu civili attentare ausi fuerint. *Fac.*, p. 3.

49) Suspensio generalis non reservata. Proinde omnibus presbyteris, sive sint saeculares sive regulares, interdictum est ne fideles intra fines finitimae vel cujusvis alienae parochiae degentes, ad suscipienda Sacramenta, exceptis Eucharistia et Poenitentia, in ecclesiis suis admittant. Insuper prohibemus, ne presbyteri, cujuscumque sint status vel instituti, extra fines propriae exeant parochiae ad munera obeunda pastoralia, nisi forte ad excipiendas confessiones arcessiti. In hoc etiam casu ne audeant, nisi ex consensu proprii ejus qui infirmatur pastoris, sacramenta Viatici et Extremae Unctionis administrare. Si vero, gravi urgente necessitate, aliquis presbyter Sacramenta fidelibus sibi non subditis administraverit, tenebitur quamprimum proprium pastorem hac de re certiorem facere, et oblationes, si quae fuerint acceptae, illi, titulo quidem justitiae, sub poena suspensionis ipso facto incurrendae, intra triginta dies restituere. *Syn.* I, nn. 29–30.

*Lansing.*—(50) Peccatum ratione sui reservatum.[7] Obtaining a civil divorce without ecclesiastical permission. *Private letter of the Chancellor*, February 7, 1945; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

51) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Praeter casus qui sive iure communi sive iure Baltimorensi quocumque modo reservantur, in Nostro territorio Nobis reservatur excommunicatio incurrenda ab iis qui Matrimonium coram magistratu civili attentare ausi fuerint. *Fac.*, p. 4.

*Marquette.*—(52) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Praeter

[7] Ex interpretatione dioecesana: peccatum reservatum ex iure provinciali. Vide *Conc. Prov. Cincinnati* IV, p. 223: "Cum definita sit Catholica doctrina causas matrimoniales spectare ad judices ecclesiasticos ... ad separationem a mensa et thoro petendam, tribunalia civilia adire non licet, nisi causa prius probata a judice ecclesiastico, ad rationes dumtaxat civiles legaliter stabiliendas. Quare hujusmodi separationem a tribunali civili, inconsulta auctoritate ecclesiastica, petentibus deneganda est absolutio et casus Episcopo reservatur."

casus qui sive iure communi sive iure Baltimorensi quocumque modo reservantur, in Nostro territorio Nobis reservatur excommunicatio incurrenda ab iis qui Matrimonium coram magistratu civili attentare ausi fuerint. *Fac.*, p. 4.

*Saginaw.*—(53) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Subsunt excommunicationi latae sententiae Ordinario reservatae catholici qui matrimonium coram magistratu civili inire praesumpserint. *Syn.* I, n. 62.

PROVINCE OF DUBUQUE

*Dubuque.*—(54) Excommunicatio Ordinario loci reservata.[8] We now herewith declare any Catholic attempting marriage before a civil officer as well as an heretical minister is *ipso facto* excommunicated. *Pastoral Letter of Ordinary*, February 4, 1940.

*Davenport.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Des Moines.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Sioux City.*—(55) Excommunicatio Ordinario loci reservata. In order to meet the growing disregard for the religious and sacramental character of marriage, I hereby decree the censure of excommunication *latae sententiae* against those Catholics who contract a merely civil marriage, effective July 1, 1942. This censure is reserved to the Ordinary. *Decree of the Ordinary*, May 13, 1942.

PROVINCE OF INDIANAPOLIS

*Indianapolis.*—(56) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra Ecclesiam quomodocumque attentatum, si ambae partes sint catholicae. *Fac.*, n. 7; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

57) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra Ecclesiam coram magistratu civili attentatum, si una tantum pars sit catholica. *Fac.*, n. 7.

58) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium civile absque Nostro praevio consensu quaesitum. *Fac.*, n. 7; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

[8] Ex interpretatione dioecesana: censura Ordinario loci reservata.

59) Peccatum ratione sui reservatum. Educatio prolis in schola publica. Nota. Haec reservatio non urget in sequentibus casibus: 1° Si nulla adsit schola Catholica. 2° Si Episcopus (Ordinarius loci) aliter judicaverit. 3° Si peccatum sit mere praeteritum.[9] 4° Si parentes, vel eorum vices gerentes, serio promiserint,[9] se prolem sibi commissam, quamprimum ad scholam Catholicam missuros esse. *Fac.*, n. 7; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

*Evansville.*—(60) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra Ecclesiam quomodocumque attentatum, si ambae partes sint catholicae. *Fac.*, n. 7; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

61) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra Ecclesiam coram magistratu civili attentatum, si una tantum pars sit catholica. *Fac.*, n. 7.

62) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium civile absque Nostro praevio consensu quaesitum. *Fac.*, n. 7; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

63) Peccatum ratione sui reservatum. Educatio prolis in schola publica. Nota. Haec reservatio non urget in sequentibus casibus: 1° Si nulla adsit schola Catholica. 2° Si Episcopus (Ordinarius loci) aliter judicaverit. 3° Si peccatum sit mere praeteritum.[10] 4° Si parentes, vel eorum vices gerentes, serio promiserint,[10] se prolem sibi commissam, quamprimum ad scholam Catholicam missuros esse. *Fac.*, n. 7; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

*Fort Wayne.*—(64) Peccatum ratione sui reservatum. Catholicorum, qui inter se, vel cum parte acatholica, coram magistratu civili matrimonium attentaverint. *Syn.* 1926, can. 74.

65) Peccatum ratione sui reservatum. Coniugum, qui tribunalia civilia, causa a tribunali ecclesiastica non diiudicata, adeant ad divortium seu separationem a toro et mensa obtinendum, quamvis effectus civiles solos intendant. Separatio a mensa et toro non est permittenda nisi declaratio in scriptis data sit talem separationem tantum esse separationem a mensa et toro et vinculum matrimonii nullo modo affici nec partes ullo unquam tempore vivente coniuge ad novas nuptias transire intendere. *Syn.* 1926, can. 74; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

[9] Ex interpretatione dioecesana tamen est peccatum ratione sui reservatum.

[10] Ex interpretatione dioecesana tamen est peccatum ratione sui reservatum.

*Lafayette, Ind.*—(66) Peccatum ratione sui reservatum. Catholicorum, qui inter se, vel cum parte acatholica, coram magistratu civili matrimonium attentaverint. *Syn.* 1926, can. 74.[11]

67) Peccatum ratione sui reservatum. Coniugum, qui tribunalia civilia, causa a tribunali ecclesiastica non diiudicata, adeant ad divortium seu separationem a toro et mensa obtinendum, quamvis effectus civiles solos intendant. Separatio a mensa et toro non est permittenda nisi declaratio in scriptis data sit talem separationem tantum esse separationem a mensa et toro et vinculum matrimonii nullo modo affici nec partes ullo unquam tempore vivente coniuge ad novas nuptias transire intendere. *Syn.* 1926, can. 74;[11] cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

PROVINCE OF LOS ANGELES

*Los Angeles.*—(68) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Prohibemus ne vicarii cooperatores sive directe sive indirecte currum automobilem comparent vel possideant àbsque expressa Ordinarii licentia. Si quis hanc legem violaverit suspensionem latae sententiae Ordinario reservatam incurrit. *Syn. Archidioec.* I, n. 38-A.

69) Suspensio generalis non reservata. Mandamus ut sacerdotes hujus Archidioecesis equorum cursibus prorsus abstineant: si quis vero sacerdos hanc legem violaverit, suspensionem ipso facto incurrit. *Syn. Archidioec.* I, n. 30-A; cf. *CPB* III, n. 79.

70) Suspensio ab officio non reservata. Parochi vel rectores ecclesiarum debita ultra quingenta scutata ($500) ne contrahant, Ordinario inconsulto. Si contra fecerint, debita solvere tenentur ipsi contrahentes, et insuper suspensionem ab officio ipso facto incurrunt. *Syn. Dioec.* V, n. 218; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, n. 192; *CPB* III, n. 279.

71) Suspensio ab officio non reservata. Ad modum, quod attinet, faciendi collectas in ecclesia, meminerint sacerdotes, Conc. Plen. Balt. II. et III. gravissimis verbis prohibuisse sacerdotibus, ne intra Missam ab altari recedant aedemque sacram circumeant, a singulis fidelibus eleemosynam petentes. "Quem turpissimum abusum, Ecclesiae sacrisque ejus ritibus injurium, quique Catholicorum ruborem et indignationem, acatholicorum vero irrisionem et contemptum provocat, reprobamus et prorsus extirpandum decernimus" (*Conc. Balt. Plen.*

[11] Ex interpretatione dioecesana haec nova dioecesis adhibet statuta (1926) dioecesis Wayne Castrensis.

III, n. 293). Qui hanc legem violare ausus fuerit, suspensionem ab officio ipso facto incurrit. *Syn. Dioec.* V, n. 223; cf. *CPB* II, n. 364; *CPB* III, n. 293.

*Monterey-Fresno.*—(72) Suspensio a sacris non reservata. Si quis sacerdos absque venia nostra scripta rerum ecclesiasticarum titulum in tabulis publicis mensisve proprio vel alieno nomine per tres menses sciens et volens retinuerit in suspensionem a Sacris ipso facto irruet. *Syn.* I, n. 137; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*San Diego.*—(73) Suspensio ab officio non reservata. Sine Nostra in scriptis facultate, nulli sacerdoti liceat, sub poena suspensionis ab officio ipso facto incurrendae: a) debita ultra ducenta scutata ($200) nomine paroeciae incurrere; quodsi fecerit, debita ipse solvere tenetur. *Syn.* I;[12] cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, n. 192; *CPB* III, n. 279.

74) Suspensio ab officio non reservata. Sine Nostra in scriptis facultate, nulli sacerdoti liceat, sub poena suspensionis ab officio ipso facto incurrendae:... b) alienationem (contractum, donationem, etc.) bonorum temporalium paroeciae (etiam e.g., ex sic dictis "saving and checking accounts") facere, si haec summam ejusdem valoris ($200) excedant. *Syn.* I.[12]

*Tucson.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF LOUISVILLE

*Louisville.*—(75) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Fac.*, p. 10.

*Covington.*—(76) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium attentaverint coram magistratu civili. *Syn.* III, p. 84.

77) Peccatum ratione sui reservatum. Qui sine licentia Nostra divortium civile petunt. *Syn.* III, p. 84; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

*Nashville.*—(78) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Syn.* II, p. 72.

79) Peccatum ratione sui reservatum. Qui divortium civile quaesi-

[12] Ex synodo I, die 24 februarii 1943 habita, et nondum in lucem edita.

verint absque praevio Ordinarii consensu. *Syn.* II, p. 72; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

80) Suspensio generalis non reservata. Ab officio et beneficio, ipso facto [suspenditur]: Presbyter, qui sine licentia Ordinarii loci scriptis data titulum bonorum ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit. *Syn.* II, p. 71; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Owensboro.*—(81) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Fac.*, p. 10.

PROVINCE OF MILWAUKEE

*Milwaukee.*—(82) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Stat.*, Appendix, s. 1.

83) Peccatum ratione sui reservatum. Divortium civile attentantes Ordinario inconsulto. *Stat.*, Appendix, s. 1; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

84) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Sapienter Ecclesia in Codice Juris Canonici prohibet ne clerici "tabernas aliaque similia loca sine necessitate aut alia justa causa ab Ordinario loci iprobata ingrediantur" (can. 138). Nomine tabernae intelligimus loca ubi potus alcoholici ita venduntur ut talis venditio sit principalis horum locorum finis, etiamsi ibidem cibi vel gustationes ministrentur. Necessitas de qua supra, oritur potissimum ex obligatione sacrum ministerium exercendi et cum utilitate et commoditate non est confundenda. Dolendum est aliquos ex sacerdotibus nostris et sacerdotibus in nostra Dioecesi pro tempore sistentibus, dignitatis suae immemores, tabernas ingredi ibique potus alcoholicos sumere magna cum populi admiratione atque scandalo esse ausos. Ad cavendum ab hac clericalis disciplinae infractione dolenda, nostra auctoritate, sequentem canonem disciplinarem his litteris publicamus et promulgamus: Stricte prohibemus ne clerici nostri sive in sive extra nostram Dioecesim tabernas sine vera necessitate ingrediantur et si quis nostrorum clericorum huic nostro mandato non obtemperaverit, sciat se eo ipso seu ipso facto seu lata sententia esse a divinis suspensum et suspensionem sic incur-

sam esse censuram nobis reservatam. *Stat.*, Appendix; cf. *CPB* II, nn. 161–162; *CPB* III, n. 80.

*Green Bay.*—(85) Suspensio generalis non reservata. Sub poena suspensionis ipso facto incurrendae interdicimus sacerdotibus, quominus, si forte paroecia sit impar salario solvendo vel solvere nolit, se recompensent ex rebus ad ecclesiam vel domum paroecialem pertinentibus. *Syn.* IV, n. 327; cf. *CPB* III, n. 273.

86) Suspensio generalis non reservata. Ipso facto suspensos declaramus eos qui abeuntes in aliam paroeciam vel dioecesim, ut solutionem debitae pecuniae certiorem sibi faciant, vel alia de causa, libros ad paroeciam pertinentes sive rationum sive alios, secum auferunt vel abscondunt. *Syn.* IV, n. 328.

87) Suspensio generalis non reservata. Eadem censura mulctatos ipso facto declaramus, qui inscio Episcopo folia ex iisdem libris vellunt. *Syn.* IV, n. 328.

*La Crosse.*—(88) Suspensio generalis non reservata. Quod si quis sacerdos absque Nostra permissione titulum bonorum ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit, volumus ut ipso facto suspensione sit innodatus. *Syn.* II, n. 133; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Madison.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Superior.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF NEWARK

*Newark.*—(89) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Stricte vetamus ne sacerdotes bona ecclesiastica proprio nomine retineant. Quod si quis sacerdos bona ecclesiastica nomine proprio per tres menses retinuerit, ipso facto suspensionem a divinis Nobis reservatam incurret. *Syn. Archidioec.* I, n. 385; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

90) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Districte prohibemus sub poenis suspensionis a divinis ne ullus sacerdos per se vel per alium collectas pro seipso sive in ecclesia sive in populo faciat. Quae suspensio Nobis reservatur. *Syn. Archidioec.* I, n. 406; cf. *CPB* III, n. 273.

*Camden.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Paterson.*—(91) Peccatum ratione sui reservatum. Only in cases of evident adultery, abandonment and danger to the faith, morals or life which are so pressing that there is no time for recourse to ecclesiastical authority, may the injured party separate. The obligation remains, however, to have the matter placed before the competent ecclesiastical authority at the earliest opportunity. In no case, however, may the injured party go before the secular court for legal separation, much less may he or she attempt to secure a civil divorce so-called. On this point the Third Plenary Council of Baltimore explicitly states: "With reference to all those who are bound in matrimony, we command that they do not have recourse to civil tribunals for the purpose of obtaining a separation from bed and board. Should anyone attempt this, let it be known that thereby he or she incurs grave guilt and can be punished according to the judgment of the Bishop." After July 1, 1946, any Catholic in the diocese of Paterson who, knowing of this prohibition, nevertheless attempts without proper permission to secure a civil divorce[13] is guilty of a sin reserved to the Bishop of the diocese and cannot be absolved save under the conditions described in moral theology. *Directive of the Ordinary*, May 1, 1946; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

92) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. We strictly forbid priests to hold church property of any type in their own name. Any priest who is guilty of holding church property in his own name for three months incurs *ipso facto* suspension *a divinis*, absolution for which is reserved to Us. *Syn.* I, n. 385; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

93) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. We strictly prohibit any priest, *per se* or through another, to take up a collection for himself, either in the church or among the people. Anyone who violates this statute is *ipso facto* suspended *a divinis*, and this suspension is reserved to Us. *Syn.* I, n. 408; cf. *CPB* III, n. 273.

*Trenton.*—(94) Peccatum ratione sui reservatum. Only in cases of evident adultery, abandonment and danger to the faith, morals or life which are so pressing that there is no time for recourse to ecclesiastical authority, may the injured party separate. The obligation remains,

[13] Ex interpretatione dioecesana reservatur peccatum eorum qui petunt tum divortium civile tum separationem civilem.

however, to have the matter placed before the competent ecclesiastical authority at the earliest opportunity. In no case, however, may the injured party go before the secular court for legal separation, much less may he or she attempt to secure a civil divorce so-called. On this point the Third Plenary Council of Baltimore explicitly states: "With reference to all those who are bound in matrimony, we command that they do not have recourse to civil tribunals for the purpose of obtaining a separation from bed and board. Should anyone attempt this, let it be known that thereby he or she incurs grave guilt and can be punished according to the judgment of the Bishop." After July 1, 1946, any Catholic in the diocese of Trenton who, knowing of this prohibition, nevertheless attempts without proper permission to secure a civil divorce[14] is guilty of a sin reserved to the Bishop of the diocese and cannot be absolved save under the conditions described in moral theology. *Directive of the Ordinary*, June 10, 1946; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

PROVINCE OF NEW ORLEANS

*New Orleans.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Alexandria.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Lafayette, La.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Little Rock.*—(95) Excommunicatio Ordinario loci reservata.[15] Any Catholic who obtains a civil divorce without the permission of the Ordinary, incurs *ipso facto* excommunication, even though the party does not attempt a second marriage. *Private letter of Chancellor*, August 24, 1945; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

96) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Ut ecclesiastico ordini honor suus et decus servetur, mandamus ut sacerdotes a publicis equorum cursibus et a cauponis prorsus abstineant. Quodsi sacerdos cum intentione bibendi tabernam (saloon) adit, atque loco publico

[14] Ex interpretatione dioecesana reservatur peccatum eorum qui petunt tum divortium civile tum separationem civilem.

[15] Ex interpretatione dioecesana: censura Ordinario loci reservata.

(at the bar) revera bibit, ipso facto incurrit suspensionem Nobis reservatam. *Syn.* I, n. 153; cf. *CPB* II, nn. 161–162; *CPB* III, n. 80.

97) Suspensio a sacris non reservata. Numquam licet rectori vel confessario nullitatem matrimonii declarare in ordine ad alias nuptias permittendas, quamvis certa invaliditas appareat; sed hujusmodi casus semper ad Ordinarium referri debet. Si autem aliquis sacerdos Nobis inconsultis novo foedere conjungere audeat quoslibet, quorum alteruter ita fuerit ligatus, noverit se a sacris ipso facto suspensum. *Syn.* I, n. 105.

*Mobile.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Natchez.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

### PROVINCE OF NEW YORK

*New York.*—(98) Suspensio generalis non reservata. Quod si quis Sacerdos, absque Nostra permissione, titulum bonorum vere ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit, volumus ut ipso facto poena suspensionis sit innodatus. *Syn.* V, n. 249; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Albany.*—(99) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Si autem attentaverit quis novum Matrimonium contrahere, conjuge superstite, licet divortio civili separatus,[16] se ipso facto excommunicatione, Ordinario reservata, ligari noverit. *Syn.* VI, n. 120; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

100) Suspensio ab officio non reservata. Si contingat aliquem, ligamine Matrimonii vinctum, novum foedus inire velle, eo praetextu quod prius quacumque de causa irritum fuerit, rem ad Nostrum judicium referri omnino volumus. Sacerdos, sive saecularis sive regularis, qui, Nobis inconsultis, tales novum Matrimonium coram ipso contrahere permittit, ipso facto ab officio suspensus est. *Syn.* VI, n. 119.

*Brooklyn.*—(101) Suspensio generalis non reservata. Quod si quis Sacerdos, sine Nostra permissione, titulum bonorum vere Ecclesiasticorum suo proprio nomine per tres menses retinuerit, volumus ut ipso facto poena suspensionis sit innodatus. *Syn.* V, n. 263; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

102) Suspensio generalis non reservata. Graviter prohibemus sub

[16] Ex interpretatione dioecesana pars attentans novum matrimonium incurrit censuram ex iure *dioecesano* etsi prius divortium non obtinuerit.

poena suspensionis ipso facto incurrendae Nobisque reservatae,[17] ne ullus hujus Dioecesis Sacerdos collectas pro seipso sive in ecclesia, sive inter populum faciat. *Syn.* V, n. 277; cf. *CPB* III, n. 273.

*Buffalo.*—(103) Suspensio generalis non reservata. Si quis sacerdos titulum bonorum ecclesiasticorum proprio nomine assumpserit et per triginta dies retinuerit, vel pecuniam ecclesiae in mensa nummularia privato suo nomine deposuerit, sciat se post tres menses suspensionem ipso facto incurrere. *Syn.* XXVIII, n. 22; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Ogdensburg.*—(104) Suspensio generalis non reservata. Quod si quis sacerdos, absque Nostra permissione, titulum bonorum vere ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit, volumus ut ipso facto poena suspensionis sit innodatus. *Syn.* XIII, n. 194; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

105) Suspensio a divinis non reservata. Si contingat aliquem, ligamine apparenti Matrimonii vinctum, ad novas nuptias convolare velle sub praetextu quod priores aliqua de causa irritae fuerint, nullus Pastor et a fortiori nullus vicarius cooperator rem sua auctoritate dirimere praesumat, sed ad Nostrum tribunal deferat. Omnem sacerdotem, sive regularem sive saecularem, qui, Nobis inconsultis, hujusmodi matrimonium suo ministerio cohonestaverit, ipso facto a divinis suspensum decernimus. *Syn.* XIII, n. 106.

*Rochester.*—(106) Suspensio a beneficio non reservata. Quilibet sacerdos, qui contra praescriptum 280 Conc. Balt. III titulum bonorum ecclesiasticorum proprio iure et nomine per tres menses retinuerit, ipso facto poenam suspensionis a beneficio incurret, donec praescripta canonis adamussim impleverit. *Syn.* V, n. 92; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

107) Suspensio a beneficio non reservata. Eadem poena mulctatur qui ecclesiae pecuniam in mensa nummularia privato suo nomine depositam teneat. *Syn.* V, n. 92; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Syracuse.*—(108) Suspensio a beneficio non reservata. Quilibet sacerdos, qui contra praescriptum 280 Conc. Balt. III titulum bonorum ecclesiasticorum proprio iure et nomine per tres menses retinuerit,

[17] Ex interpretatione dioecesana: manente censura, reservatio abrogatur per pagellam facultatum, n. 18.

ipso facto poenam suspensionis a beneficio incurret, donec praescripta canonis adamussim impleverit. *Syn.* XII, n. 72; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

109) Suspensio a beneficio non reservata. Eadem poena suspensionis a beneficio innodatus erit sacerdos, qui ecclesiae pecunias apud argentarios privato suo nomine deponat. *Syn.* XII, n. 73; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

PROVINCE OF OMAHA

*Omaha.*—(110) Suspensio generalis Ordinario loci reservata. Et suspensionis poenis irretiendum fore[18] declaramus quemvis clericum faventem aedituis laicalibus aliisve qui jus in parochis designandis vel rejiciendis sibi usurpare attentaverint, aut pravis molitionibus vel aliis modis auctoritatis episcopalis exercitium impedire praesumpserint. . . . Hic est casus Nobis sub censura reservatus. *Syn.* IV, n. 367 et p. 157; cf. *CPrB* I, nn. 6–7; *CPB* II, nn. 184–185; *CPB* III,n.285.

111) Suspensio ab officio Ordinario loci reservata. Sacerdos debita personalia contrahere maximis viribus evitet; qui autem ausus fuerit paroeciam onerare pro suis debitis personalibus vel qui praesumpserit pecunias paroeciales in usus sibi proprios divertere, incurrit ipso facto suspensionem ab officio. . . . Hic est casus Nobis sub censura reservatus. *Syn.* IV, n. 387 et p. 157; cf. *CPB* III, n. 279.

*Grand Island.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Lincoln.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF PHILADELPHIA

*Philadelphia.*—(112) Suspensio generalis non reservata. Omnibus confessariis nostrae jurisdictioni subjectis praecipimus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae: (*a*) ne per seipsos, neve per alium quemcunque, quovis sub praetextu, recipiant oblata a fidelibus occasione vel intuitu confessionis sacramentalis. *Syn.* IX, n. 32-a; cf. *CPB* II, nn. 221, 289.

113) Suspensio generalis non reservata. Omnibus confessariis nostrae jurisdictioni subjectis praecipimus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae: . . (*b*) ne tradant, neve permittant ut alii

[18] Censura latae sententiae quia explicite reservatur.

quicunque tradant, schedulas quae fideles ad confessionem instituendam aut ad quodcunque ex aliis sacramentis recipiendum admittant, praeter Confirmationem. *Syn.* IX, n. 32-b; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

114) Suspensio generalis non reservata. Omnibus confessariis nostrae jurisdictioni subjectis praecipimus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae: . . (*c*) ut recipiant et absolvant omnes, dummodo sint bene dispositi, ad confessionem accedentes, etiamsi nullam schedulam exhibeant, aut nullam pecuniam in hunc finem solvant vel offerant. *Syn.* IX, n. 32-c; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

115) Suspensio generalis non reservata. Omnibus confessariis nostrae jurisdictioni subjectis praecipimus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae: . . (*d*) praeterea ne recipiant quidquid pro schedula danda in testimonium confessionis peractae oblatum. *Syn.* IX, n. 32-d; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

*Altoona.*—(116) Suspensio generalis non reservata. Usum exigendi vel etiam sub quocumque praetextu recipiendi a fidelibus, occasione vel intuitu confessionis sacramentalis, pecuniam aut stipendium cujusvis speciei non solum damnamus sed et omnibus sacerdotibus confessiones audientibus in hac dioecesi prohibemus etiam sub poena suspensionis[19] incurrenda. Sub poena pariter suspensionis ipso facto incurrenda, prohibemus omnibus et singulis confessariis hujus dioecesis ne absolutionem sacramentalem denegent aliter dispositis eo quod collectis stipem non solverint. *Syn.* I, n. 41; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

117) Suspensio a divinis non reservata. Nemo hujus dioecesis sacerdos retinebit jure et nomine proprio ecclesiam, coemeterium, domum paroecialem, sive alia quaecumque bona, quae oblationibus et sumptibus fidelium aut ex parte aut integre comparata fuerint. Ut vero omnem circa hanc rem haesitationem praecidamus, qualemcumque permissionem huic decreto contrariam jam prius concessam, plenissime revocamus; et si quis titulum talem apud se retinuerit per tres menses a die promulgationis hujus decreti eum ipso facto suspensum a divinis declaramus. *Syn.* I, n. 126; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Erie.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

[19] Ex interpretatione dioecesana: censura latae sententiae.

*Harrisburg.*—(118) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Incurrit ipso facto censuram suspensionis a divinis Nobis reservatam, sacerdos: 1° Qui per se vel per alium quemcumque sub quovis praetextu ullam oblationem a fidelibus acceperit ratione habita confessionis sacramentalis, vel occasione eiusdem. *Syn.* IX, n. 40, 1°; cf. *CPB* II, nn. 221, 289.

119) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Incurrit ipso facto censuram suspensionis a divinis Nobis reservatam, sacerdos: . . 2° Qui dederit aut permiserit aliis dare quamlibet tesseram aut aliud signum quod admittat fideles ad confessionem aut Sacram Communionem. *Syn.* IX, n. 40, 2°; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

120) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Incurrit ipso facto censuram suspensionis a divinis Nobis reservatam, sacerdos: . . 3° Qui acceperit oblationem datam propter concessum testimonium scriptum ad probandum factum confessionis. *Syn.* IX, n. 40, 3°; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

121) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Incurrit ipso facto censuram suspensionis a divinis Nobis reservatam, sacerdos: . . 4° Qui ob quamlibet causam pecuniariam recusaverit audire confessionem poenitentis rite dispositi aut eundem absolvere. *Syn.* IX, n. 40, 4°; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

122) Suspensio a divinis non reservata. Severissime prohibemus ne ullus sacerdos retineat aut possideat ecclesiam, coemeterium, domum rectoralem, aut alia bona paroecialia suo nomine, sive directe sive indirecte. Si quis hoc praeceptum violaverit tenendo supradicta bona ecclesiastica suo nomine per tres menses, suspensionem a divinis incurrit. *Syn.* IX, n. 92; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Pittsburgh.*—(123) Suspensio generalis non reservata. Mandamus sub poena suspensionis,[20] ut omnis sacerdos saecularis ad pastoris officium admissus intra tres menses post installationem, testamentum suum (will) rite conficiat; et sub eadem poena, ipso facto incurrenda, litteras in quibus notum fiet in quo loco tuto testamentum inveniri possit et ubinam testator sepeliri velit, sigillo si lubet munitas, Can-

[20] Ex interpretatione dioecesana: censura latae sententiae.

cellario mittat intra decem dies post testamentum confectum. *Syn.* XIV, n. 47; cf. *CPB* III, n. 277.

124) Suspensio generalis non reservata. Prohibemus autem omnibus in Nostra ditione confessariis sub poena suspensionis ipso facto incurrenda: (*a*) ne per seipsos aut per alios quoscunque sub quocunque praetextu recipiant oblata ex fidelibus occasione vel intuitu confessionis sacramentalis (ante, in decursu, vel post confessionem). *Syn.* XIV, n. 118, 1°, a; cf. *CPB* II, nn. 221, 289.

125) Suspensio generalis non reservata. Prohibemus autem omnibus in Nostra ditione confessariis sub poena suspensionis ipso facto incurrenda: . . . (*b*) ne tradant aut permittant ut alii quicunque tradant schedulas pretio appretiatas seu emptas quae admittant fideles ad confessionem instituendam, aut ad alia sacramenta recipienda. *Syn.* XIV, n. 118, 1°, b; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

126) Suspensio generalis non reservata. Prohibemus insuper sub eadem poena ne quis confessarius in Nostra ditione quemquam poenitentem accedentem ad confessionem repellere sive aliter disposito absolutionem negare audeat eam ob causam quod poenitens nullam schedulam exhibeat aut nullam pecuniam in hunc finem solverit. *Syn.* XIV, n. 118, 2°; cf. *CPB* II, nn. 221, 289; *CPB* III, n. 292.

*Scranton.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF PORTLAND, OREGON[21]

*Portland, Oregon.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Baker City.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Boise.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Great Falls.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Helena.*—(127) Peccatum ratione sui reservatum.[22] Peccatum reservatum Ordinario Helenensi incurrunt qui absque praevia obtenta Ordinarii licentia a magistratu civili sive matrimonii dissolutionem

[21] In hac provincia viget censura ex iure provinciali; *vide infra*, p. 399.

[22] Ex verbis videtur esse peccatum ratione sui reservatum, sed in pagella facultatum datur sub rubrica "Subsunt excommunicationi latae sententiae Ordinario reservatae."

sive separationem a mensa et toro postulant. *Fac.*, p. 3; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, nn. 124, 126.

*Seattle.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Spokane.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF ST. LOUIS

*St. Louis.*—(128) Suspensio a sacris Ordinario loci reservata. Sacerdotes Nostros quoscumque qui, proprio clericali habitu seposito, vestes saeculares ad statum suum ecclesiasticum dissimulandum induere praesumant, monemus suspensionis[23] poena ipso facto affici. . . . [Hic casus reservatur Ordinario.] *Syn.* VII, n. 27 et p. 99, cf. *CPrB* I, n. 27; *CPB* II, nn. 148–149; *CPB* III, n. 77.

129) Suspensio a sacris Ordinario loci reservata. Nunquam licet rectori vel confessario nullitatem matrimonii declarare in ordine ad alias nuptias permittendas, quamvis prioris matrimonii invaliditas certa appareat; sed huiusmodi casus semper ad Ordinarium referre necesse est. Si quis autem sacerdos novo foedere Nobis inconsultis coniungere audeat quospiam, quorum alteruter ita fuerit ligatus, noverit se a sacris muneribus[24] ipso facto esse suspensum. . . . [Hic casus Ordinario reservatur.] *Syn.* VII, n. 97 et p. 99.

130) Suspensio a sacris Ordinario loci reservata. Stricte mandamus ut ante diem 31am Ianuarii cuiuslibet anni ratio Nobis reddatur tum de statu animarum cum de acceptis et expensis ecclesiae, iuxta formulam a Nobis praescriptam, addito exemplari inventarii prout supra. Delinquentes sciant se, mense Januario elapso, a divinis[25] esse suspensos, suspensione Nobis reservata. *Syn.* VII, n. 173; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

*Kansas City.*—(131) Suspensio generalis non reservata. Nulli sacerdoti licet, sine Ordinarii venia in scriptis data et in archivo ecclesiae conservanda, nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam, sive scholam, sive domum presbyteralem, sive coemeterium, sive alia bona ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicunque modo sub-

[23] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a sacris.
[24] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a sacris.
[25] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a sacris.

sidia contulerint; sed ea quamprimum transferat in Ordinarium aut in societatem seu corporationem ab eo sancitam. Quodsi quis sacerdos absque permissione Ordinarii titulum talium bonorum proprio nomine retineat, ipso facto suspensionem incurrit. *Syn.* III, n. 205; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Leavenworth.*—(132) Suspensio generalis non reservata. Nulli sacerdoti licet sine Ordinarii venia in scriptis data et in archivo ecclesiae conservanda, nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam, sive scholam, sive domum presbyteralem, sive coemeterium, sive alia bona ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicunque modo subsidia contulerint; sed ea quamprimum transferat in Ordinarium, aut in societatem seu corporationem ab eo sancitam. Quodsi quis sacerdos absque permissione Ordinarii titulum talium bonorum proprio nomine retineat, ipso facto suspensionem incurrit. *Syn.* III, n. 239; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*St. Joseph.*—(133) Suspensio generalis non reservata. Nulli sacerdoti licet sine Ordinarii venia in scriptis data et in archivo ecclesiae conservanda, nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam, sive scholam, sive domum presbyteralem, sive coemeterium, sive alia bona ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicunque modo subsidia contulerint; sed ea quamprimum transferat in Ordinarium, aut in societatem seu corporationem ab eo sancitam. Quodsi quis sacerdos absque permissione Ordinarii titulum talium bonorum proprio nomine per tres menses retineat, ipso facto suspensionem incurrit. *Syn.* III, n. 414; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Salina.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Wichita.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF ST. PAUL

*St. Paul.*—(134) Suspensio generalis Archiepiscopo[26] reservata. There is the penalty of suspension reserved to the Archbishop personally for the violation of the decree of the Sacred Consistorial Congregation of March 31, 1916[27] and December 10, 1917[28] and the

[26] Reservatur ipsi Archiepiscopo, excluso Vicario Generali.

[27] Decretum diei 31 martii 1916: "Elapso saeculo, in foederatis Americae septentrionalis Statibus usus incoeperat catholicas familias convocandi ad choreas quae per multas noctis horas cum conviviis aliisque solatiis protrahi consueverant. Cuius rei ea dabatur ratio et causa, quo scilicet catholici se mutuo cognoscerent et amoris caritatisque vinculis in-

decree of the Third Plenary Council of Baltimore, Number 290.[29] *Letter of the Ordinary*, March 22, 1933; cf. *CPB* III, n. 290.

*Bismarck.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Crookston.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Duluth.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Fargo.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Rapid City.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.*

*St. Cloud.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

---

timius unirentur, simulque ut subsidia pro hoc illove pio opere necessaria comparentur. Qui autem conventus indicere eisque praesidere solebant, praesides plerumque erant alicuius pii operis, et non raro ipsi ecclesiarum rectores vel parochi.... Quae cognoscentes, Emi S. C. Consistorialis Patres... decreverunt, sacerdotes quoslibet sive saeculares sive regulares aliosque clericos prorsus prohiberi, quominus memoratas choreas promoveant et foveant, etiamsi in piorum operum levamen et subsidium, vel ad alium quemlibet pium finem; et insuper clericos omnes vetari, quominus hisce choreis intersint, si forte a laicis viris promoveantur...." (*AAS* 8: 147).

[28] Decretum diei 10 dec. 1917: "Cuidam Ordinario in Foederatis Americae Statibus roganti 'utrum choreae, de quibus agit decretum S. Congregationis Consistorialis diei 31 martii 1916 quasque eadem S. Congregatio proscripsit, licitae aliquando sint, seu in reprobatione non comprehendantur, si fiant diurnis horis, aut primis tantum noctis horis, nec nimium protrahantur, vel etiam si fiant sine conviviis aut ea methodo quae vulgo appellari solet *Pic-nic*': Sacra Congregatio Consistorialis, re considerata, respondendum censuit: *In reprobatione comprehendi*; ideoque clericos omnes prohiberi quominus eas, etiam in memoratis adiunctis, promoveant et foveant, et si ab aliis promoveantur, prohiberi quominus ipsi intersint...." (*AAS* 10:17).

[29] Decretum 290 Conc. Plen. Balt. III: "Plerisque in locis pecunia in pios usus haud exigua comparari solet per conventus quosdam, qui animorum oblectandorum causa fiunt, quique apud nos vulgo *Picnics*, *Excursions* aut simili nomine vocantur. Quum vero hujusmodi conventus, praesertim prope urbes opulentas et populosas, peccatorum et scandalorum seminaria saepe evadant, dubitatur a piis et prudentibus viris, utrum amplius tolerandi sint an penitus prohibendi. Provida mens eorundem Patrum (No. 396) [Concilii Plen. Balt. II] omnibus serio perpensis, decrevit eos nonnisi omni adhibita cautela posse permitti. Quo melius igitur prudens eorum consilium finem optatum consequatur, quoque facilius via ad mala quae timenda sunt et scandala praecludatur, statuimus ut hujusmodi conventus nunquam habere liceat nocturno tempore, neque Dominicis, Festis aut esurialibus diebus, neque cum usu liquorum (ut aiunt) inebriantium, vino et cerevisia inclusis. Insuper, ut haberi possint, necessario requiratur in singulis casibus Episcopi licentia. Item de nundinis, vulgo *Fairs*, statuimus eas haberi non posse Dominicis diebus neque sine Episcopi licentia, nec cum usu liquorum inebriantium, vini et cerevisiae. Mandamus quoque ut sacerdotes illum abusum, quo convivia parantur cum choreis (*Balls*) ad opera pia promovenda, omnino tollendum curent."

*Sioux Falls.*—(135) Peccatum ratione sui reservatum. Qui matrimonium coram magistratu civili attentaverint, etiam cum una tantum pars sit catholica. *Fac.*, App. A, s. 1.

*Winona.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

PROVINCE OF SAN ANTONIO

*San Antonio.*—(136) Excommunicatio Ordinario loci reservata. Since many of the faithful, with scandalous disregard for the sanctity of the holy sacrament of matrimony, have not hesitated to attempt to contract marriage before the civil authorities; and since the number of such delinquents is increasing alarmingly with the progress of time: We, therefore, from this date henceforth attach to this sin the censure of excommunication *latae sententiae* and reserve unto Ourselves the absolution of this censure. *Decree of the Ordinary*, April 1, 1942.

137) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Nemini fas est novam erigere aut amplificare aut notabiliter immutare ecclesiam vel aedes parochiales quascumque vel scholam absque licentia Nostra in scriptis data. Insuper ne parochia aliqua imparibus debitis oneretur cuique ex Clero nostro stricte prohibemus, et quidem sub poena suspensionis a divinis latae sententiae Nobis reservatae, ne quis sine licentia Nostra in scriptis data mutuum vel depositum audeat accipere pro ecclesia vel schola aedificanda aut amplianda aut ornanda, quoties amplius quam 200 scutata impendenda intenduntur. *Syn.* IV, n. 188; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, nn. 159, 192; *CPB* III, n. 279.

*Amarillo.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Corpus Christi.*—(138) Suspensio generalis non reservata. Quare usquedum mores hisce in locis vigentes conformabuntur moribus aliarum et antiquiorum dioecesium in Provinciis Foederatis Americae Septentrionalis, statutae oblationes fidelium et earum distributio pro diversis ministeriis erunt quae sequuntur; neque ulli licebit plus exigere. At ne audeat quisquam, et quidem sub poena suspensionis ipso facto incurrendae, ministeria cuique denegare, praesertim pauperibus, ob recusatam eleemosynarum consuetarum oblationem. *Prospectus Dioec.*, n. 36; cf. *CPB* II, n. 221; *CPB* III, n. 294.

*Dallas.*—(139) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Sacerdotes Nostros quoscumque qui, proprio clericali habitu seposito, vestes

saeculares ad statum suum ecclesiasticum dissimulandum induere praesumant, monemus suspensionis[30] poena ipso facto affici . . . . [Hic casus Ordinario reservatur.] *Syn.* II, n. 5 et p. 124; cf. *CPrB* I, n. 27; *CPB* II, nn. 148–149; *CPB* III, n. 77.

140) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Vetamus quidem, sub poena suspensionis[31] ipso facto incurrendae, ne quis sacerdos adsit cursibus equorum . . . . [Hic casus Ordinario reservatur.] *Syn.* II, n. 7 et p. 124; cf. *CPB* III, n. 79.

141) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Numquam licet rectori vel confessario nullitatem matrimonii declarare in ordine ad alias nuptias permittendas, quamvis prioris matrimonii invaliditas certa appareat; sed hujusmodi casus semper ad Ordinarium referre necesse est. Si quis autem sacerdos novo foedere Nobis inconsultis coniungere audeat quospiam, quorum alteruter ita fuerit ligatus, noverit se a sacris muneribus[32] ipso facto esse suspensum . . . . [Hic casus Ordinario reservatur.] *Syn.* II, n. 119 et p. 124.

142) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Parochis stricte mandamus ut quotannis, ante diem primum mensis Februarii, ad Cancellariam Nostram mittant relationes quae statum animarum suae paroeciae, necnon ecclesiae vel ecclesiarum suarum reditus, impensas, debita, aliaque huiusmodi iuxta schedulam a Nobis praescriptam explicent, addito exemplari de quo supra sub No. 223. Sciat se suspensione[33] ipso facto esse innodatum, qui infra tempus praescriptum relationes istas accurate conficere et mittere neglexerit . . . . [Hic casus Ordinario reservatur.] *Syn.* II, n. 226 et p. 124; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

*Galveston.*—(143) Suspensio generalis non reservata. Clerics shall not attend exhibitions, dances, shows and public performances which may be improper or scandalous; a cleric who attends so called revues or follies *ipso facto* incurs suspension. *Syn.* VII, p. 20; cf. *CPrB* IV, n. 10; *CPB* II, n. 153; *CPB* III, n. 79.

*Oklahoma City and Tulsa.*—(144) Suspensio generalis non reservata. Nulli sacerdoti licet, sine Ordinarii venia in scriptis data et in archivo

[30] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a divinis.
[31] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a divinis.
[32] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a divinis.
[33] Ex interpretatione dioecesana: suspensio a divinis.

ecclesiae conservanda, nomine ac jure proprio retinere sive ecclesiam, sive scholam, sive domum presbyteralem, sive coemeterium, sive alia bona ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicunque modo subsidia contulerint; sed ea quamprimum transferat, plene et absolute, sine ulla clausula vel conditione, in personam Episcopi aut in corporationem (parish corporation) sub lege Status Oklahomensis et juxta normas in appendice relatas, in unaquaque parochia vel missione constitutam et constituendam, urgente decreto S. C. Concilii diei 29 Julii 1911. Quodsi quis sacerdos absque permissione Ordinarii titulum talium bonorum proprio nomine retineat, ipso facto suspensionem incurrit. *Syn.* I, n. 197; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

145) Suspensio generalis non reservata. A separate spiritual report is to be made for each parish and mission attended. Original to be sent, before February 1st following year for which report is due, to the Chancery. *Ipso facto* suspension for failure to make spiritual report in time. *Form for Spiritual Report.*

146) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Ante finem mensis Januarii relatio annua a rectore et duobus consiliariis signata ad cancellariam transmittenda est. Quodsi aliquis rector hanc rationem ad cancellariam Nostram, lapso mense Februarii, reddere neglexerit, sciat se ipso facto a divinis suspensum esse et quidem suspensione Nobis reservata. Si relatio ob morbum rectoris vel aliam gravem causam tempore statuto perfici ac transmitti nequeat, Episcopus quamprimum de tarditate ejusque causa admonendus est, ut plus temporis concedat. *Syn.* I, n. 226; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* I, n. 15; *CPB* II, n. 196; *CPB* III, nn. 90, 272.

PROVINCE OF SAN FRANCISCO

*San Francisco.*—(147) Suspensio generalis non reservata. Mandamus ut sacerdotes hujus archidioeceseos equorum et canum cursibus prorsus abstineant; si quis vero sacerdos hanc legem violaverit, suspensionem ipso facto incurrat. *Syn.* II, n. 36; cf. *CPB* III, n. 79.

148) Suspensio ab officio non reservata. Sacerdos debita personalia contrahere maximis viribus evitet; qui autem ausus fuerit paroeciam onerare pro suis debitis personalibus vel qui praesumpserit pecunias

paroeciales in usus sibi proprios divertere, incurrit ipso facto suspensionem ab officio. *Syn.* II, n. 369; cf. *CPB* III, n. 279.

149) Suspensio ab officio non reservata. Parochi prohibentur, sub poena suspensionis ab officio ipso facto incurrendae, quaelibet debita nomine paroeciae incurrere, inconsulto Ordinario. Ipsi insuper tenentur debita solvere, si hanc legem violaverint. *Syn.* II, n. 389; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, n. 192; *CPB* III, n. 279.

150) Suspensio a sacris non reservata. Si quis sacerdos absque venia Nostra scripta rerum ecclesiasticarum titulum in tabulis publicis mensisve proprio vel alieno nomine per tres menses sciens et volens retinuerit, in suspensionem a Sacris ipso facto irruet. *Syn.* II, n. 371; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Honolulu.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Reno.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Sacramento.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Salt Lake.*—(151) Excommunicatio non reservata. You are reminded that any Catholic to be married must be married by a priest. For a Catholic to attempt marriage before a civil official or a non-Catholic minister of religion means no marriage .... The Bishop hereby solemnly warns you that any such attempt at marriage, that is to say, before anyone other than a Catholic priest,[34] incurs the severe penalty of excommunication from the Church. Catholics guilty of this offense are denied the sacraments. *Decree of the Ordinary,* June, 1940.

152) Suspensio generalis non reservata. Nullus sacerdos nomine ac jure proprio retineat sive ecclesiam, sive scholas, sive coemeterium aut alia bona ecclesiastica pro quorum acquisitione fideles qualicumque modo subsidia contulerunt sed ea quamprimum transferat ad Ordinarium. Quod si quis contra fecerit et ab Ordinario admonitus per tres menses pertinax remanserit ipso facto suspensionem incurrit. *Syn.* I, n. 213; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

153) Suspensio ab officio non reservata. Parochi prohibentur, sub poena suspensionis ab officio ipso facto incurrendae, quaelibet debita

[34] Ex interpretatione dioecesana datur censura ex iure dioecesano pro matrimonio attentato coram officiali civili.

nomine paroeciae incurrere, inconsulto Ordinario. Ipsi insuper tenentur debita solvere, si hanc legem violaverint. *Syn.* I, n. 217; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, n. 192; *CPB* III, n. 279.

PROVINCE OF SANTA FE

*Santa Fe.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*El Paso.*—(154) Peccatum ratione sui reservatum. Procuratio abortus, effectu secuto (Can. 2350). *Fac.*, p. 2.

155) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium attentatum coram ministro acatholico. *Fac.*, p. 2; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

156) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium attentatum post divortium civile. *Fac.*, p. 2; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327; *CPB* III, n. 124.

157) Peccatum ratione sui reservatum. Adstare vel favere matrimoniis attentatis eorum qui divortium civile obtinuerint. *Fac.*, p. 2.

158) Suspensio a divinis Ordinario loci reservata. Stricte prohibemus sub poena suspensionis a divinis latae sententiae Nobis reservatae, ne quis sine licentia Nostra, in scriptis data, mutuum accipiat pro paroecia vel debitum contrahat ultra ducenta ($200) dollaria, sive pro nova constructione sive ad reparanda vel ornanda aedificia vetera. *Syn.* I, n. 90; cf. *CPrB* V, n. 6; *CPB* II, nn. 159, 192; *CPB* III, n. 279.

*Gallup.*—(159) Peccatum ratione sui reservatum. Matrimonium extra Ecclesiam quomodocumque attentatum. *Fac.*, p. 4; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338; *CPB* III, n. 127.

160) Peccatum ratione sui reservatum. Peccata parentum prolem suam et alios in sua potestate degentes, scholis dictis "mission" committentium vel in eis retinentium. *Fac.*, p. 4; cf. *CPB* III, nn. 196, 198–200.

OTHER JURISDICTIONS OF LATIN RITE

*Military Ordinariate.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Vicariate Apostolic of Alaska.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

JURISDICTIONS OF GREEK RITE

*Pittsburgh Exarchate.*—Non sunt peccata reservata aut censurae latae sententiae.

*Philadelphia Exarchate.*—(161) Peccatum ratione sui reservatum. Homicidium voluntarium. *Eparkhialne Visti,* 1924, n. 4, p. 4.

162) Peccatum ratione sui reservatum. Procuratio abortus, secuto effectu. *Eparkhialne Visti,* 1924, n. 4, p. 4.

163) Peccatum ratione sui reservatum. Commixtio carnalis cum Judaeis. *Eparkhialne Visti,* 1924, n. 4, p. 4.

164) Peccatum ratione sui reservatum. Confessio sacramentalis coram presbytero Ecclesiae Catholicae non unito. *Eparkhialne Visti,* 1924, n. 4, p. 4.

165) Peccatum ratione sui reservatum. Apostasia. *Eparkhialne Visti,* 1924, n. 4, p. 4.

166) Suspensio generalis non reservata. In Nostro Ordinariatu sub poena suspensionis ipso facto incurrendae prohibetur ne vicarii cooperatores currum automobilem habeant aut dirigant. *Eparkhialne Visti,* August, 1946, p. 34.

## APPENDIX

*Fourth Provincial Council of Cincinnati.*—Peccatum ratione sui reservatum. Cum definita sit Catholica doctrina causas matrimoniales spectare ad judices ecclesiasticos (*Conc. Trid.* sess. 24, can. 12), ad separationem a mensa et thoro petendam, tribunalia civilia adire non licet, nisi causa prius probata a judice ecclesiastico, ad rationes dumtaxat civiles legaliter stabiliendas. Quare hujusmodi separationem a tribunali civili, inconsulta auctoritate ecclesiastica, petentibus deneganda est absolutio et casus Episcopo reservatur.[35] *Acta et Decreta Quatuor Conciliorum Provincialium Cincinnatensium,* p. 223.

*Fourth Provincial Council of Portland, Oregon.*—Excommunicatio Ordinario loci reservata. Nullus presbyter aut laicus, seclusa venia Ordinarii loci scriptis data, suo nomine ac iure proprio habeat vel retineat sive ecclesiam, sive domum scholarem vel presbyteralem, sive coemeterium, sive pecuniam, sive bona alia ecclesiastica, pro quorum acquisitione fideles qualicumque modo subsidia contulerint. Presbyter qui absque tali venia scriptis data titulum bonorum ecclesiasticorum proprio nomine per tres menses retinuerit, ipso facto suspensionem

[35] Ex interpretationibus dioecesanis hoc peccatum reservatum iuris provincialis viget tantum in dioecesi Lansing, ubi etiam statutum dioecesanum mentionem facit de solo divortio civili; *vide supra,* n. 50.

incurret. *Acta et Decreta Concilii Provincialis Portlandensis in Oregon Quarti,* decr. 374; cf. *CPrB* IV, n. 8; *CPB* II, n. 188; *CPB* III, n. 280.

*Third Plenary Council of Baltimore.*—Excommunicatio Ordinario loci reservata. Quoniam constat per matrimonium duos "unam veluti carnem fieri; et nuptiale vinculum sic esse, Dei voluntate, intime vehementerque nexum, ut a quopiam inter homines dissolvi aut distrahi nequeat" (Leonis XIII. Lit. Ap. *Arcanum,* 10 Febr. 1880); manifeste apparet gravissimae culpae illos esse reos, qui a magistratu civili matrimonium dissolvi postulant, vel, quod gravius est, divortio civili obtento, novum matrimonium inire attentant legitimo vinculo posthabito, quod coram Deo et Ecclesia adhuc manet. Ad haec crimina compescenda poenam excommunicationis statuimus, Ordinario reservatam, ipso facto incurrendam ab eis, qui postquam divortium civile obtinuerint, matrimonium ausi fuerint attentare. *Acta et Decreta Concilii Plenarii Baltimorensis III,* n. 124; cf. *CPrB* V, n. 3; *CPB* II, n. 327.

*Third Plenary Council of Baltimore.*—Excommunicatio Ordinario loci reservata. Item decernimus Catholicos, qui coram ministro cujuscumque sectae acatholicae matrimonium contraxerint vel attentaverint, . . . in quolibet statu vel territorio sub ditione praesulum qui huic concilio adsunt vel adesse debent, excommunicationem incurrere Episcopo reservatam. . . . *Acta et Decreta Concilii Plenarii Baltimorensis III,* n. 127; cf. *CPrB* VII, n. 6; *CPB* I, n. 24; *CPB* II, nn. 337–338.

| DIOCESE | PECC. RE-SERV. | EXCOM-MUNICA-TIONES | | SUSPENSIONES | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | reservatae Ordinario loci | | | | non reservatae | | | | | | |
| | | res. Ord. loci | non-reservata | generalis | ab officio | a divinis | a sacris | generalis | ab officio | ab ord. et iurisdict. | a divinis | a sacris | ab aud. conf. | a beneficio |
| BALT.-WASH. | | | | | | | | | | | 1 | | | |
| Charleston | | | | | | | | 2–3 | | | | | | |
| Raleigh | | | | | | | | | | | | | | |
| Richmond | | | | | | | | | | | | | | |
| St. Augustine | | | | | | | | 4 | | | | | | |
| Sav-Atlanta | | | | | | 5–6 | | | | | | | | |
| Wheeling | 7 | | | | | | | 8–9 | | | 10 | | | |
| Wilmington | | | | 11–14 | | | | | | | | | | |
| Belmont Abbey | 15 | | | | | | | | | | | | | |
| BOSTON | | | | | | | | | | | | | | |
| Burlington | | | | | | | | | | | | | | |
| Fall River | | 16 | | | | | | | | | | | | |
| Hartford | | 17 | | | | | | | | | | | | |
| Manchester | | | | | | | | 18 | | | | | | |
| Portland, Me. | | | | | | | | 19–21 | | | | | | |
| Providence | 22 | | | | | | | | | | | | | |
| Sprfld., Mass. | | | | | | | | | | | | | | |
| CHICAGO | | | | | | | | 23 | | | | | | |
| Belleville | | 24 | | | | | | 25–26 | | | | | 27 | |
| Peoria | | | | | | | | | | | | | | |
| Rockford | | | | | | | | | | | | | | |
| Sprfld., Ill. | 28 | | | | | | | | | | | | | |
| CINCINNATI | 29–30 | | | | | | | | | | | | | |
| Cleveland | 31–32 | | | | | | | | 33 | 34 | | | | |
| Columbus | 35–36 | | | | | | | | | | | | | |
| Steubenville | | | | | | | | | | | | | | |
| Toledo | 37–38 | | | | | | | | | | | | | |
| Youngstown | | | | | | | | | | | | | | |
| DENVER | | | | | | | | | | | | | | |
| Cheyenne | | 39 | | 40–44 | | | | | | | | | | |
| Pueblo | | | | | | | | | | | | | | |
| DETROIT | | 45 | | | | | | | | | | | | |
| Grand Rapids | 46–47 | 48 | | | | | | 49 | | | | | | |
| Lansing | 50 | 51 | | | | | | | | | | | | |
| Marquette | | 52 | | | | | | | | | | | | |
| Saginaw | | 53 | | | | | | | | | | | | |
| DUBUQUE | | 54 | | | | | | | | | | | | |
| Davenport | | | | | | | | | | | | | | |
| Des Moines | | | | | | | | | | | | | | |
| Sioux City | | 55 | | | | | | | | | | | | |
| INDIANAPOLIS | 56–59 | | | | | | | | | | | | | |
| Evansville | 60–63 | | | | | | | | | | | | | |
| Fort Wayne | 64–65 | | | | | | | | | | | | | |
| Lafayette, Ind. | 66–67 | | | | | | | | | | | | | |
| LOS ANGELES | | | | 68 | | | | 69 | 70–71 | | | | | |
| Mont.-Fresno | | | | | | | | | | | | 72 | | |
| San Diego | | | | | | | | | 73–74 | | | | | |
| Tucson | | | | | | | | | | | | | | |

| DIOCESE | PECC. RESERV. | EXCOMMUNICATIONES | | SUSPENSIONES | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | reservatae Ordinario loci | | | | non reservatae | | | | | | |
| | | res. Ord. loci | non-reservata | generalis | ab officio | a divinis | a sacris | generalis | ab officio | ab ord. et iurisdict. | a divinis | a sacris | ab aud. conf. | a beneficio |
| LOUISVILLE | 75 | | | | | | | | | | | | | |
| Covington | 76–77 | | | | | | | | | | | | | |
| Nashville | 78–79 | | | | | | | 80 | | | | | | |
| Owensboro | 81 | | | | | | | | | | | | | |
| MILWAUKEE | 82–83 | | | | | 84 | | | | | | | | |
| Green Bay | | | | | | | | 85–87 | | | | | | |
| La Crosse | | | | | | | | 88 | | | | | | |
| Madison | | | | | | | | | | | | | | |
| Superior | | | | | | | | | | | | | | |
| NEWARK | | | | | | 89–90 | | | | | | | | |
| Camden | | | | | | | | | | | | | | |
| Paterson | 91 | | | | | 92–93 | | | | | | | | |
| Trenton | 94 | | | | | | | | | | | | | |
| NEW ORLEANS | | | | | | | | | | | | | | |
| Alexandria | | | | | | | | | | | | | | |
| Lafayette, La. | | | | | | | | | | | | | | |
| Little Rock | | 95 | | 96 | | | | | | | | 97 | | |
| Mobile | | | | | | | | | | | | | | |
| Natchez | | | | | | | | | | | | | | |
| NEW YORK | | | | | | | | 98 | | | | | | |
| Albany | | 99 | | | | | | | 100 | | | | | |
| Brooklyn | | | | | | | | 101–102 | | | | | | |
| Buffalo | | | | | | | | 103 | | | | | | |
| Ogdensburg | | | | | | | | 104 | | | 105 | | | |
| Rochester | | | | | | | | | | | | | | 106–107 |
| Syracuse | | | | | | | | | | | | | | 108–109 |
| OMAHA | | | | 110 | 111 | | | | | | | | | |
| Grand Island | | | | | | | | | | | | | | |
| Lincoln | | | | | | | | | | | | | | |
| PHILADELPHIA | | | | | | | | 112–115 | | | | | | |
| Altoona | | | | | | | | 116 | | | 117 | | | |
| Erie | | | | | | | | | | | | | | |
| Harrisburg | | | | | | 118–121 | | | | | 122 | | | |
| Pittsburgh | | | | | | | | 123–126 | | | | | | |
| Scranton | | | | | | | | | | | | | | |
| PORTLAND, ORE. | | | | | | | | | | | | | | |
| Baker City | | | | | | | | | | | | | | |
| Boise | | | | | | | | | | | | | | |
| Great Falls | | | | | | | | | | | | | | |
| Helena | 127? | 127? | | | | | | | | | | | | |
| Seattle | | | | | | | | | | | | | | |
| Spokane | | | | | | | | | | | | | | |
| ST. LOUIS | | | | | | | 128–130 | | | | | | | |
| Kansas City | | | | | | | | 131 | | | | | | |
| Leavenworth | | | | | | | | 132 | | | | | | |
| St. Joseph | | | | | | | | 133 | | | | | | |
| Salina | | | | | | | | | | | | | | |
| Wichita | | | | | | | | | | | | | | |

| DIOCESE | PECC. RE-SERV. | EXCOM-MUNICA-TIONES | | SUSPENSIONES | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | reservatae Ordinario loci | | | | non reservatae | | | | | | |
| | | res. Ord. loci | non-reservata | generalis | ab officio | a divinis | a sacris | generalis | ab officio | ab ord. et iurisdict. | a divinis | a sacris | ab aud. conf. | a beneficio |
| St. Paul | | | | 134* | | | | | | | | | | |
| Bismarck | | | | | | | | | | | | | | |
| Crookston | | | | | | | | | | | | | | |
| Duluth | | | | | | | | | | | | | | |
| Fargo | | | | | | | | | | | | | | |
| Rapid City | | | | | | | | | | | | | | |
| St. Cloud | | | | | | | | | | | | | | |
| Sioux Falls | 135 | | | | | | | | | | | | | |
| Winona | | | | | | | | | | | | | | |
| San Antonio | | 136 | | | | 137 | | | | | | | | |
| Amarillo | | | | | | | | | | | | | | |
| Corpus Christi | | | | | | | | 138 | | | | | | |
| Dallas | | | | | | 139–142 | | | | | | | | |
| Galveston | | | | | | | | 143 | | | | | | |
| Okla-Tulsa | | | | | | 146 | | 144–145 | | | | | | |
| San Francisco | | | | | | | | 147 | 148–149 | | | 150 | | |
| Honolulu | | | | | | | | | | | | | | |
| Reno | | | | | | | | | | | | | | |
| Sacramento | | | | | | | | | | | | | | |
| Salt Lake | | | 151 | | | | | 152 | 153 | | | | | |
| Santa Fe | | | | | | | | | | | | | | |
| El Paso | 154–157 | | | | | 158 | | | | | | | | |
| Gallup | 159–160 | | | | | | | | | | | | | |
| Mil.Ord'ate | | | | | | | | | | | | | | |
| Alaska | | | | | | | | | | | | | | |
| Pittsb. Grk. | | | | | | | | | | | | | | |
| Phila. Grk. | 161–165 | | | | | | | 166 | | | | | | |
| Total........... | 50 | 14 | 1 | 13 | 1 | 18 | 3 | 43 | 9 | 1 | 5 | 3 | 1 | 4 |

* Reservata ipsi archiepiscopo.